arbor, antenna uel temo (13) deuastatus. Et si plus ipsa arbor, antenna uel temo (13) constiterit, illud plus de comuni auere nauis et de ipsa naue soluatur. Volentes quod si plus constiterit arbor illa, antenna uel temo (13) de | eo quod constiterat arbor, antenna uel temo (13) de- Q.100* uastatus, debeat ipsa esse (14) arbor, antenna uel temo (13) sic emptus de comuni hauere (15) nauis et de ipsa naue. Et si arbor illa, antenna uel temo (13) plus non constiterit de eo quod constiterat arbor, antenna uel || temo (13) A.223* uastatus, remaneat et esse debeat patronorum nauis. Patroni uero qui contra hoc fecerint, penam librarum quingentarum (16) nostro comuni soluere teneantur. Et si in aliis corredis (17) aliquod dampnum euenerit, restitucio ipsius dampni fiat de comuni hauere (18) ipsius nauis, et eciam de ipsa naue secundum usum. Et si corredum (19) istud quod uastatum fuerit decenter poterit reparari, tanta fiat restitucio ipsius dampni quanta fuerit eius peioracio. Hoc intelligimus in naue et quolibet ligno de ducentis (20) *(ecc. come sopra).*

St. Tarr. 39.

(13) anthena uel timon — (14) e. i. — (15) auere — (16) D. — (17) coredis — (18) auere — (19) coredum — (20) CC

LXXVII (1). *Qualiter fieri debeat si dampnum euenerit in corredis* (2) *nauium et aliorum lignorum occasione* (3) *cazandi, uel quod cazaretur ab aliis nauibus.*

Asserimus quod si dampnum aliquod alicui naui in corredis (2) ipsius nauis || euenerit occasione (3) cazandi A. 224 aliquam nauem uel aliud lignum, uel quia (4) ipsa cazaretur, dampnum illud sit in auaria haueris (5) ipsius nauis, et eciam de ipsa (6) naue secundum usum; saluo si uidebitur quinque rectoribus nauis, uel maiori parti eorum, quod dampnum illud supradicta occasione (3) uenis-

Var. in Q. (1) XCII. — (2) *coredis* — (3) *occaxione* —